

**www.e-rara.ch**

## **Johannis Prideaux Opera theologica quae latinè extant omnia**

**Prideaux, John**

**Tiguri, 1672**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13503>

Lectio XVI. De missae sacrificio.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

## LECTIO XVI.

DE

## MISSAE SACRIFICIO.

In Vesperijs Comitiorum habita Oxon. Julij XII.

Anno Domini 1631.

Hebr. 13. 10.

*Ἐχομεν θυσιασθῆλον ἐξ ἑ φαγῆν ἐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῆ σκηνῆ λατρεύοντες.**Habemus Altare, de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deserviunt.*

Genes. 22.

**D**UO proponit textus, *Altare* Christianorum, & *Excommunicationem* (ut ita loquar) *Tabernaculo* deservientium. *Altare* autem sensu proprio connotat sacrificium, & requirit Sacerdotem ad illud, super illud, debito modo immolandum; Unde Isaac ad Patrem, *Pater mi, ecce ignis, & ligna, sed ubi pecus in holocaustum?* Christianis igitur si sint *Altaria*, sunt & *Sacerdotes*, unà cum *Sacrificijs*. At *ἔχομεν θυσιασθῆλον* *Habemus Altare* (inquit Apostolus) æquè ac ij qui deserviunt *Tabernaculo*, & *Altare* tale, de quo non fas est illis qui *Tabernaculo* deserviunt comedere. Ecce ergo, hîc *Altare contra altare*, *Altare* Christianorum, demoliens illud *Judæorum*. De *Sacrificijs* igitur & *Sacerdotibus* quæ ad hoc *altare* spectant, non supervacaneum erit (ut spero) (Patres & Fratres) pro consueto & stato hujus horulæ penso, paulò diligentius anquirere. Quod ut enucleatius fiat, scopum Apostoli ex præcedentibus compendio sic habete. Cùm *Hebræos* ad fidem conversos, non conversi virulentius insectabantur, quòd à lege *Mosaica*, per dispositionem Angelorum traditam, nefariè Apostatassent; *Sacerdotium* *Aaronis*, æterno sancitum fœdere, nequissimè rejecissent; *Sacra*, *Sacrificia*, *Sacramenta*, *Sacramentalia*, non à *Lycurgo* aliquo, aut *Numa*, sed ab ipso *Jehova* cælitus promulgata, & à patribus eousque observata, sacrilegè exauctorassent; succurrit è vinculis sollicitus Apostolus, ne fatiscerent *Neophyti*, ad tantos tentationum incursum; Exemplo ab omnibus pijs pastoribus (periclitante præsertim grege) religiosius imitando. Ac si contra ètius sic egisser. Haud exigui quidem sunt momenti, quæ urgentur ab æmulis vestris fratribus, non tanti tamen sunt, ut *Evangelium* quod accepistis, in quo statis, per quod etiam, si retineatis, servamini, ullatenus labefactetur. Quid enim? Annon filius famulo, hæres ministris, utcunque fidelissimis & præstantissimis, est præferendus? Talis autem est *Christus*, per quem, & in quo, ultimis hisce diebus alloquitus est vos *pater cælestis*. Cui ut *ἡ ἐξουσία* *effulgentia* ipsius gloriæ, & personæ characteri, non tantùm *Moses*, *le. A* & omnes *Angeli* præstare tenentur obsequium. Nec est quòd umbratile & evanidum *Aaronis* moveret *Sacerdotium*; Æternū potiùs *Melchizedechi* dominium *Juramento* stabilitum, de quo testatur legislator vester *Moses*, & Rex vester *Propheticus David*, ob oculos vobis est

1. Cor. 15.

Ἀπώλασ-  
μα τῆ δό-  
ξης, καὶ  
χαρῆς  
ἐξουσία

Genes. 14.

Psal. 110.

Heb. 7. 12.

est ponendum. Translato autem sacerdotio, transfertur & lex. Sacrificia verò, & sacra ista Typica, quò aliò collimabant, quàm ad unicum illum *Agnum* in Altare crucis semel immolatum. In illis tantùm Christus promissus, hîc missus. Illic in typo, hic in *ἀντὶ τοῦ* ubique hîc & illic, unicus salutis *Mediator heri & hodie, idem & in secula.* Heb. 13. 8. Ne doctrinæ igitur variæ, & peregrinæ vos circumferant, facessant inutiles isti ritus, & egena legis *elementa.* Neque enim cibus, aut ceremonijs, sed gratiâ cor est constabendum. Nec desiderabitis interim Altaria, aut sacrificia pædagogicis istis longè illustriora. Habemus siquidem & nos sub Evangelio *Altare, de quo non habent potestatem comedendi, qui Tabernaculo Judaico deserviunt.* Atque talis constat è præmissis Apostoli Illatio.

2. Altare autem hoc, *sacrificio Missæ* Papalis, substernunt *Pontificii*; Nam ita recentissimus ipsorum Glossator, Franciscus Hareus in hunc locum. Hinc patet, in Ecclesia esse Altare, & *Missam* esse veri nominis *sacrificium.* Ita Cornelius à Lapide, hinc patet Eucharistiam & missam esse sacrificium; habet enim suum Altare, ubi autem est *Altare*, ibi necesse est ut sit *sacerdos* pariter & *Sacrificium*, hæc enim tria sunt correlata. Concinunt Nostrates, Rhemeneses, Heskinus in Parlamento, & infiniti alij. Bellarminus interim non audet hoc loco niti. Guilielmus Estius triplicem recenset ipsius interpretationem. Græcorum, quos non pauci sequuntur Latini, qui *mensam Domini*; Aquinatis *Christum* ipsum aut ipsius *crucem*; Gagnei qui *Hostiam* in Ara crucis oblatam, per Altare hîc intelligunt. Agnoscunt *nostri*, & Altaria Veteris Testamenti, tam ante legem quàm sub lege; & Novi, nempe altare Christi *crucem* nempe ipsius super quam semel & sufficienter, pro peccatis nostris Patri seipsum obtulit: & *Altare Christus*, qui ratione protectionis, expiationis, satisfactionis, & sanctificationis altare nostrum habeatur, ut cùm Aquinate fatetur Bellarminus. Sed Altare *lapideum*, aut sacrificium Missæ hinc extundere, & obtrudere, non tam scopum pervertit Apostoli, quàm invertit Sacramentum cœnæ, & evertit unicam salvatoris expiatoriam immolationem. Et quoniam in tanta luce Evangelij, & tam accuratâ dogmatum omnium Eventilatione non desunt adhuc deifici nonnulli sacrificuli, præsertim Jesuitæ, qui sic de novo deaurant exoletas suas merces, ut suspicentur Incautiores, non satis providè à primis nostris Reformatoribus illas fuisse rejectas; cùmque pauci sint quibus vacat, aut convenit tam abominandam superstitionum massam, quam missa exhibet, partitè & libratè expendere: sit Problema hac vice discutiendum. *Utrum Sacrificium Missæ Papalis, sit Blasphemum figmentum, & pernicioza impostura.*

3. Missæ origo & progressus, deduci solet per quinque ferè intervalla. In Primo autem quid simplicius Cœnæ Institutione per Servatorem? quid Celebratione per Apostolos, & istorum discipulos à theatrica Pompa alienius? De Cœna Domini, *Mensa Domini*, Panis & Vini *benedictione, fractione, distributione, & Eucharistica* mortis Domini *recordatione & Annuntiatione*, in Scripturis legimus; de Missa, aut sacrificio propitiatorio per sacrificulum iterando, ne *quid* quidem occurrit. Apostolus *accepit à Domino, quod tradidit* suis Corinthijs, 1. Cor. 11. Plus pietatis quàm apparatus in Evangelica veritate, & sinceritate tunc temporis relucebat; nec sæculis deinceps fluentibus usque ad Gregorium primum, accessit aliquid magni alicujus momenti, quod aut varietate onerosum, aut vanitate ludicrum, quàm è Scripturis aliquo modo advectum. Notum est autem illud Gregorij, Apostolos *orationem* solummodò *Domini* in hoc mysterio Cœnæ adhibuisse. Hieronymus asserit, illos ut sic facerent, à *Domino* habuisse, quod agnoscunt Durandus, Antoninus, Platina. Quin & confes-

Heb. 13. 8.

Ib. v. 9.

De Missa  
l. l. c. 4.Vid. Bulling.  
de Orig. c. 7.  
ror. l. 2. c. 1.  
Chemnit.  
exam. part. 2  
Morneum  
de sacrific.  
Euch. l. 1.L. 1 Ep. 7.  
Cont. Pelag.  
ianos, l. 5.

Rational.  
1.4 Tit. 5.  
In vita Six-  
ti, 1.  
In prolog.  
1.6.  
Mysterio-  
rum.  
Missæ.

Apoc. 13.

lio est ipse Magistri Ceremoniarum Innocentis. 3. Beatum Petrum, tribus tantum orationibus, in primordio nascentis Ecclesiæ, Antiochiæ missam celebrasse. Apud Cyprianum & Augustinum extant hi vetustatis ritus. Instructus pane & vino ad mensam stabat Sacerdos, Benedictionem hanc populo impertiens, *Dominus Vobiscum*: Excipiebat hanc populus vocem dicens, *Et cum spiritu tuo*: addebat ille, *gratias agimus Domino Deo nostro*: respondebant hi, *dignum & iustum est*: & ita post gratias devotè Deo habitas, institutionem verbis Evangelicis recitat Sacerdos, distribuit symbola, Orationem subjicit Dominicam, & dimittit cœtum. Quæ eo partitiùs repeto, ut agnoscat in Synaxi nostra intemeratæ Antiquitatis faciem & Animam. Sed Intervallum tertium à Gregorio scilicet 1. usque ad Leonem 9. ab anno circiter 600. usque ad 850. in gestibus & vestibus, in Altaribus, pallis & corporalibus, in præfationibus, sequentijs, prosis, tractibus, Neumatis, in ablutionibus, & nescio quot delusionibus, superstitiosa (ne dicam prodigiosa vel pernicioosa) obtrusit. Hic incidit illud vitaliani de celebrandis istis sacris omnibus, in lingua Latina, anno nempe 666. (ut notat noster Baleus) qui est numerus *Bestia*. In istis tamen tenebris per Isidorum, Bedam, Damascenum, Alcuinum, Amalarium, Rabbanum, Christianum Druthmarum, Haimonem, & alios, integritas doctrinæ erat aliquo modo conservata, usque ad quartum Intervallum, quod inter Leonem 9. & Innocentium 3. sive Concilium Lateranense intervenit. Hic autem celebre illud incaluit de fermentato & azymo pane, inter Græcos & Latinos certamen. Item de carnali Christi præsentia inter Latinos ipsos per nefandam Transsubstantiationis Metamorphosin. Cui resistenter pro viribus Bertramus, & Paschasius Rathbertus, præcipue verò celebris iste Andegavensis Archidiaconus *Berengarius*. Sed Tyrannide Antichristi prostratus, & in quinque Conciliabulis oppressus, ad infamem istam palinodiam in Jus Canonicum relata, cujus Cyclopica confessionis puduit ipsos Glossatores, & ipse ante mortem dicitur revocasse. Hinc interim triumphant Pontifices, lascivunt & rixantur Scholastici, fabulas & miracula cudunt Mystifici, in hoc intervallo quinto usque ad exortum solem Reformationis. Nôrunt siquidem, si qua stuosum hoc & jure cessaret sacrificium, exsiccaretur confestim stagnum, in quo adhuc liberius natant, & clamosiùs coaxant Rana Apocalyptica.

Psal. 50. &  
Homil. in  
Psal. 03.

Ag. 1. 2. q.  
102. Bellar.  
de Missa,  
l. 1. c. 5.

4. Ista autem omnia ut partitiùs examen subeant; Observandum est primò, *Sacrificium* quodvis, vel Divinitus fuisse præceptum, vel humanâ κακοζηλία introdu-ctum. Sacrificium primæ classis, est vel *Eucharisticum*, vel *Hilasticum*. Eucharisticum invenitur, tam in veteri, quam novo Testamento. In veteri Testamento occurrunt Sacrificia, *Spiritus contriti, confessionis & rectæ conversationis*; recurrunt in novo, juxta Chryostomum *sine sanguine, sine fumo, sine altari*. In Evangelico quasi decalogo, dilectionis, Martyrij, deprecationis, Jubilationis, Justitiæ, Eleemosynæ, Laudis, compunctionis, humilitatis, prædicationis, variæ *sacrificiorum* formæ. Sacrificium verò expiatorium, sive propitiatorium, est vel *Typicum*, vel *reale*. *Typica* fuerunt omnia sacrificia, victimæ, Immolationes, libamenta veteris Testamenti, Christum adumbrantia. *Reale* erat illud unicum Christi in Ara Crucis, semel pro omnibus mundi peccatis oblatum sacrificium: In quo ipse sacerdos, seipsum exhibuit sacrificium, infiniti valoris *recolendum* jugiter à Christianis, sed non reiterandum. Præter hoc in Novo Testamento, non admittendum est aliud Sacrificium propitiatorium. Sacrificia autem humanâ κακοζηλία in vesta, sunt vel *Cruenta*, vel *Incruenta*; *Cruenta* sunt Ethnicorum ἀνθρώπων θυσίαι, hominum, vel θελοθηυσίαι, Bestiarum. Sacrifi-  
cium

cium *Incrumentum* habetur hoc Missæ (de quo controvertitur) Sacrificium. In quo observandum est secundò, de origine vocis *Missæ*, Triplicem esse sententiam. Nonnulli deducunt à מנח Deut. 16. 10. *oblacione spontaneâ*, Quidam conferunt cum מנחה Lev. 2. 1. Alij, cum *Maozim*, Dan. 11. sed ista non probat Bellarminus; & revera videntur vix minùs ludicra, quàm istæ Sacrificulorum ineptiæ, invenimus Messam, id est *Missam*; aut hæc Epistola *Missæ* fuit, aut *Missæ* istæc facite apud Comœdum; aut *Missæ* à *Mescica* Templo Turcico, apud Jo. Bedam, aut à *Mass* Nundinis apud B. Rhenanum, & similia. Nec à Græcis plus est expectandum, nam licèt interpretes, Dionysij, Areopagitæ, Ignatij, & aliorum *ἑρουραγίαν, ἐκκλησιαστικὴν, συνάγειν, Missam facere* interpretentur, & exponant; nihil tamen hoc facit ad vocis genealogiam. Apud Latinos igitur est quærenda: inter quos ulterius de ipsius partu non melius convenit. *Missam* dici vult Hugo de sancto Victore, quia Oblatio & preces in ea ad Deum *mittantur*. Magister sententiarum: quòd Angelus à Deo mittatur, qui assistat sacrificio, & illud ad Deum deferat. Probat hoc Aquinas, part. 3. q. 83. art. 4. ad ult. utcunque hoc Bellarmino minùs sit probabile. Alij sic dictum putant à *Missis* muneribus, ex quibus instrueretur cœna, & Agapæ, seu refectiones quæ communicarentur pauperibus, ut Martyri videtur, & Calvino, aliisque è nostris nonnullis. Cardinali non sapit hæc opinio, probabilissima igitur ipsi est eorum sententia, qui *Missam* dici volunt à *missione* seu dimissione *populi*. Quinque etiam alias subjicit ejusdem vocabuli, è patribus acceptiones, primò quòd denotet missionem Catechumenorum. 2. Officium lectionis & precum. 3. *Missam* fidelium. 4. *Missam* simul fidelium, & Catechumenorum 5. omnes collectas, & preces in Liturgia. Sed nihil hîc ex Scripturis adducitur, nec quod aliàs adducitur è patribus, conducit quicquam ad *Missam Papalem* statuinendam. Quem Terminum 3. adjicimus, ad discrimen ingerendum inter Liturgica ista, sive ministerialia, quæ sub *Missæ* nomine passim apud Patres occurrunt, & sacrificium illud proprium & Propitiatorium, quo varijs gestibus & actionibus representatur Crucis sacrificium, & simul offertur Deo vera & propria corporis Domini Hostia, quam Doctrinam esse Eccij pronunciat Bellarminus, & omnium Catholicorum.

5. Convenit autem 1. sacrificium sic pertinere ad cultum Dei, ut ubicunque sit cultus adhibendus, ibi exhibendum sit aliquod, aliquo modo, etiam *sacrificium*. Convenit 2. sacrificia fuisse duplicia sub Veteri Test. *Interna* & *externa*, communiter & propriè dicta; & ista quidem externa & propriè dicta Judaica evanuisse, Interna seu communiter dicta manere. Convenit 3. *Christum* seipsum semel, in Ara Crucis, patri obtulisse, in plenariam peccatorum nostrorum expiationem, & patris propitiationem. Nec 4. lis erit irreconciliabilis de *Missæ* nomine, si pro populi dimissione, vel Liturgia in sacris, & publicis conventibus usitata (ut apud patres occurrit) hodie usurpetur. 5. Etiam erit consensus, & *Eucharistiam* dici posse Symbolicè *sacrificium*, ratione communicationis, representationis, Applicationis, & gratiarum actionis. Nam ita orat nostra Ecclesia in celebratione. *O Domine cœlestis pater, nos humiles servi tui supplices, rogamus paternam tuam bonitatem, ut hoc nostrum sacrificium laudis, & gratiarum actionis benignè accipias.* Ita a. Jorat, Atque hîc etiam *offerimus, & presentamus* tibi Domine nosmetipsos, animas nostras, & corpora nostra, *hostiam rationalem sanctam & vivam* Controversia igitur non est (ut fraudulenter proponit illam Bellarminus) Utrùm actio illa sacra, in qua conficitur Eucharistia, multis præcedentibus, & sequentibus precibus sit sacrificium; vel utrùm in *Missæ* sive actione cæ-

De Missa.  
l. 1. c. 1.  
De Missa,  
cap. 7.  
In præf. ad  
Liturg.  
Chrylost.

4. Sent. d. 24.

De Missa l. 1.  
cap. 1.

na Domini, si ritè celebretur, Eucharistia Deo offerri debeat! Quis enim è nostris sano sensu hoc negaverit? Sed *utrum sacrificium*, non Eucharisticum, internum, & spirituale, sed *externum, propitiatorium & corporale, Missa*) Non quæ consistit in benedictionibus, orationibus & consecrationibus, sed in transubstantiatione panis & vini, in corpus Christi & sanguinem, eiusdemque sic sub speciebus panis & vini latentis tam pro mortuis quàm vivis oblatione. Non patrum Liturgica (de qua antea monui) sed Papalis Αὐτοκεφαλὴ καὶ ἀνεκκολλητῆρας, *Sic*) non in se tantum *figmentum*, sed in fingentium praxi *blasphemum*, & eventu praxeos, *perniciosa impostura*? Affirmamus nos, negant pro aris & focis, pro Abdomine & Belo suo pugillicè dimicantes sacrificuli, argumenta nostra selectiora sic se habent:

Benedictio.

1. Quod *fatida loca* ingressuris usu venit, *pastillis* se munire *odoratorijs*, ne *gravidolentia* pariat nauseam; illud mihi suggerit vester *interventus* (Exoptatissimi Filij:) *Missa* (ut observetis) *moveo Camerinam*, haud *gratam* procul dubio vestris, aut aliorum *naribus*; interspirante tamen *Benedictionis Favonio*, Erectiores erunt (ut spero) omnium *spiritus*, ad nidorem hujus *Fimeri* ulterius tolerandum. Quanquam ne hîc quidem ita omnia *fatent*, ut nil *salutare* inde eliciatur. *Diabolus* ipse non semper fallit, aut mentitur, nec *Roma* ita defecit, ut inficeret omnia. Ipsum *Alcoranum Turcicum*, nonnulla habet ex *sacris literis* deprompta, quæ cribranda potius sunt, quàm absque *ventilabro* tollenda. Sedet ad littus prudens *Piscator* & *bona* prius colligit in vasa, quàm abjicit *putrida*. Ne ægrè sit igitur vobis (dilecti filij) si ex *Missæ Massa* hac vice prodeat petita *Benedictio*; Cujus introitus, *Offertorium*, *Canon*, & *Communio*, utcunque *blasphemus* & *imposturus* non ferendis scateant; si tamen *pretiosum* à *vili* eduxerimus, (quemadmodum fecerunt *nostri* in *reformatis* Liturgicis) *Valedictio* erit *Benedictio*, & *sacrificium fraudis* in *laudis* tandem convertatur.

Math. 13.

Jerem. 15.

2. Siquidem (ut quæ ad manum sunt tantum arripiam) ad *Dominicam* proximè elapsam, & craftina luce succedentem, quàm pii sunt hi *Introitus* in *Missali Tridentino*. *Exaudi Domine vocem meam*, *Dominus illuminatio mea & salus mea*, quem timebo? Quàm accommoda omnibus in *Christo* fidelibus ad *craftinum rubricata oratio*. *Deus* cujus est *rotum*, quod est *optimum*, insere *peccatoribus nobis amorem tui nominis*, & *præsta in nobis religionis augmentum*, ut quæ sunt *bona nutrias*, ac *pietatis studio* quæ sunt *nutrita*, custodias, *per Dominum nostrum Jesum Christum*. Eandem spirant *puritatem* & *pietatem* quæ subnectuntur *Gradualia*, & *Offertoria*. *Benedicam Domino* qui tribuit *mihi intellectum*. *Convertere Domine aliquantulum*, & *deprecare super servos tuos*, *per fice gressus meos in semitis tuis*, ut non *moveantur vestigia mea*, & *eiusdem cusræ* quàm *probatissima*. O si perstitisset *Roma*, & sic instituisset *Introitus*, & ad *normam* talium *Gradualium* constantes fixisset *gressus*; nec *excogitasset* in rem suam, & in *pompam* seculi *alieni ignis Offertoria*; mansisset tunc illi proculdubio etiamnum, *illibatum illud Apostoli Elogium*, *Fides vestra annuntiatur in universo mundo*, quâ verè audivissent *Catholicis*, nec *Protestantes* in hoc *sacrario*, sed inter *aras ipsas*, vel de *Altaribus* invenisset *adversarios*. Nunc verò cum adversus *Scripturæ Canonem*, *Canonem Missæ* propugnat: cum pro *Christo crustam*, pro *Sacramento sacrificium*, pro *Spiritu carnem*, pro *Cæna Domini simplicissima & castissima*, *scenam Antichristi obscenam*, *Theauricam & Cyclopicam* populo *Christiano* obrudat; nihil habendum nobis est cum *talibus* *commercii*, sed fugiendum est nobis ab hac *ruitura Babylone*, aut imminentes ipsius *plagæ* *necessariò subeundæ*. Videtisne quid isti *circumgestant*, in ταμείοις, & quid demurmurant in

Apo. 18.  
Matth. 24.  
26.

in secretis, aut ad Cereas interdium incensas elucubrant? Nihil est *Aaronis vitulus*, *vacca feroboamica*, *Baal Achabi*, *Bel Babyloniorum*, 𐤀𐤁𐤍𐤏 *Nebuchadnezeris*, 𐤀𐤍𐤏𐤍 *Epi-phanis*, nil illud 𐤀𐤏𐤍𐤏𐤍 *Idolum Zeli*, & *Tamuz* muliercularum apud *Ezechielem*, ad hoc βδελυγμα ἐρημόσεως *Abominationem desolationis*, quam invexit & devexit *Roma* ad sua sacraندا Altaria.

*Ter circum Jliacos raptaverat Hectora muros,  
Examinumque auro corpus vendebat Achilles;*

At isti infinities corpus Domini, nescio ex quibus orbellis, aut qua quinque verborum magia prodigiose confectum, ad suum arbitrium & quastum distrahunt & dilacerant. *Simon Magus* dedit pecuniam, ut spiritum sanctum acciperet: Isti vero venum exponunt filium, ut accipiant pecuniam. Nam hæc est ista *Pitantiã* quam *Barbari* probant in suis commissionibus *Cardinales*, designati ad enucleanda Concilij Tridentini *Mysteria*, ad sessionem 22. & defendunt plerunque alij, qua cœlum ipsum non aspexerit aliquid impudentius. *Judas triginta argenteis* Dominum nundinatur, à *Missificis* vero totidem venit *areis*, aut viliori pretio; & nunquid inter hos aut ab his expectanda est divina benedictio? *Anathema* in medio tui, ô *Israël!* expurgandum est hoc fermentum, & scuticis ejiciendi sunt è Templo isti *Bomologoi negotiatores*, aut *sacrilegia* futura sunt nostra quæcunque sacrificia in conspectu Domini.

3. Quid ergo dignum offeram ego *Jehova*, & quam re instructus incurvabo me coram Deo excelsò? veniamne cum *holocaustis*, aut *vitulis anniculis*? an accepta haberet *Jehova* millia arietum, aut *Myriadas* torrentium olei? an darem *primogenitum meum* pro defebione mea, fructum ventris mei pro peccato anima mea? Respondet idem *Propheta* qui interrogat, Indicavit tibi ô homo, quid sit bonum, & quid *Jehova* requirit à te, utique facere *judicium*, & diligere *misericordiam*, & humiliare te ad ambulandum cum Deo tuo. Hoc acceptius erit Domino, quàm bos aut *Juvenus* cornua producens & ungulas. Qui sacrificat laudem, ille honorat Dominum, & qui componit viam, fruitur *Dei salute*. Iple accipiet benedictionem à Domino, & *justitiam* à Deo salutis suæ. Ad hanc consequendam benedictionem, *Missã vestra* (ô Filij) sit *Psalmistã* iste introitus. Ego in multitudine *misericordiã tuã* introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, *vestra Gradualia* sint ejusdem *Graduum Cantica*. *Lazarus* sum in his que dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, stantes erunt pedes nostri in atrijs tuis *Hierusalem*. Et quomodo deesse potest illis *offertorium*, & *sacrificium*, pro quibus *Pascha nostrum* (semel & sufficienter) immolatum est, & qui secum habent *perpetuò*, quod *perpetuò* offerant. Obsecro (inquit *Apostolus*), vos fratres per *miserationem Dei*, ut sistatis corpora vestra, *hostiam vivam, sanctam, placentem Deo, rationalem illum cultum vestrum*, & nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri. Hinc unio acquiratur cum capite, & *communio* cum *membris* singulis, ut ascendat oratio, & descendat *gratia*, ascendat *sacrificium*, & descendat *beneficium*.

4. Quod ut jure sit abluque *fuco* & *superstitionum fermento*, Dominus vos instruat cœlitus ista *Abelis* fide, quã majoris pretij quàm *Cain* obtulit sacrificium. Ascendat suavitate vestra odor, ut ab Altari *Noah* è vestris pectoribus, ad avertendum quamecunque *debitam* peccatis nostris *maledictionem*. Non inveniatur in *Thuribus* vestris, 𐤏𐤍𐤏𐤍 *Wã* hæreseos, aut schismatis ignis aliquis alienus, (quem Dominus non præcepit) ad excitandum in *Doctrina*, aut *Disciplina* matris *Ecclesiæ* *exotica* incendia.

Cum *Ephramitæ* retrocedunt, *Capernaitæ* secedunt, *Hymenæus* & *Alexander*, quasi

In penetra-  
libus Cou-  
clavibus, Sa-  
crariffijs.  
Dan. 11. 33.  
Ezech. 8. 3.  
Ibid.

Iof. 7.  
Iof. 2.

Mich. 6.

Pfal. 69.  
Pfal. 50.  
Pfal. 24.

Pfal. 5.  
Pfal. 120.  
& sequenti-  
bus.

1. Cor. 5. 7.

Rom. 12.

Genes. 4.  
Genes. 8.

Pfal. 144.  
Deut. 28.  
Pfal. 45.  
Matth. 2.

Philip. 3. 18.

quasi in portu circa fidem naufragium faciunt, Demas deserit; Judas vendit, Dioscorphes ambit primatum, resilitit Elymas Bariesu, Saulus aliquis non conversus, vastat quantum potest, Ecclesiam; Jehova Rupes vestra, doceat manus vestras ad praelium, & digitos ad bellum, ut qui per unam viam egrediuntur adversus Ecclesiam, per septem fugiant à facie vestra. Cor vestrum eructet semper verbum bonum, labia custodiant sapientiam, & lingua sit velociter scribentis calamus, ut tempestivâ, intempestivâ vestrâ sedulitate, oves & agni Domini recipiant pabulum. Medici autem, & Jurisconsulti, quia nulli adsunt, non detinent me hoc tempore (ut videtis) quo minùs ad vos (Philosophi) descendat benedictio. Vobis utcunque vester Aristoteles pro more & merito summo sit in pretio, consultum tamen (ni fallor) erit, ne Academici nostri nimium sint Peripatetici. πολλοὶ γὰρ ἑλεπατῶσιν (nôstis cujus sunt verba) quorum finis est exitium, Deus venter, gloria ad ignominiam. Sed beatus iste qui vigilat, & servat vestimenta, ἵνα μὴ γυμνὸς ἑλεπατῆ, ne nudus ambulet, & videantur pudenda ipsius. O quàm copiosam tandem exhibent illi messem, qui Deo (ut oportet) consecrant suas primitias! Missa igitur vestra quam à me hodie celebratam accipietis, Apostolica erit ista dimissio. Pax Dei qua superat omnem intellectum, conservet corda vestra, & mentes, in cognitione, & amore Dei. Papalis autem ista, quæ ingerit corpus sine quantitate, accidentia sine subjecto, locatum sine loco, & alia quamplurima ἀτομα, vestris principis repugnantia, quàm blasphemum sit figmentum, & pernitiôsa impostura, restat ut jam contractius argumentis evincam.

פרי  
שפתים  
πυθόματι  
κός πυθίας  
ἐν τῷ  
δέκτρῳ τῷ  
θεῷ διὰ  
Ἰησοῦ Χρῆ-  
στοῦ.  
De Missa,  
lib. 1. c. 14.  
In locum.  
Instant.  
Resp.

De Altari-  
bus, in fine.

In Collat. 5.  
co. art. 12.

6. Quorum primum sit ex textu: in quo Altare non denotat molem aliquam lapideam, aut ex alia materia fabricatam, sed ipsum Christum, per quem offerimus hostiam laudis, semper Deo, id est fructum labiorum contentium nomini ejus; ut se ipsum exponit Apostolus, v. 15. respiciens ad vitulos istos labiorum, Hof. 14. 3. Quas spirituales hostias appellat Petrus per Jesum Christum Deo acceptabiles, 1. Petr. 2. 5. Agnoscit Bellarminus, non deesse Catholicos, qui per Altare hoc in loco, intelligunt Crucem, aut ipsum Christum, ac proinde ipsum locum hunc non urgere. Unde argumentum, Altare Mechanicum pro Christo substituere, atque inde confictæ relationis sophismate, Sacerdotium & sacrificium extruere, figmentum est blasphemum, & pernitiôsa impostura; sed hoc faciunt Papicolæ in Missa sua Papali. Succurrit Cornelius à Lapide, ex tribus in textu vocabulis. Habemus, edere, & tabernaculum. Nam 1. (inquit) non habemus altare crucis, sed ante annos 1600. habuimus; Deinde non edimus ex altari Crucis, sed Eucharistiæ. Tertiò, Altari Tabernaculi veteris opponit Altare hoc Ecclesiæ Novum. Sed quos ferit? suos Catholicos qui Crucem, non nostros, qui Christum per Altare hoc intelligunt. Ipse interim Jesuita de re controversa aliquid certi non adduxit. Fidentiùs nostras jam dudum, Richardus Smitheus Wigorniensis: Quid aliud per Altare ibi intelligendum esset, nisi id super quod, à Christi Sacerdotibus, corpus ejus, & ipsius Sanguis, in Sacrificium offeruntur? Eandem tundit incudem recentior, Richardus Smitheus Lincolnensis. Scriptura disertè docet, quòd habemus Altare; idem docent Catholici: sed Protestantes dicunt, quòd nullum habemus Altare. Respondeant autem hîc Papicolæ, papicolis. Primò Glossa. Refert consuetudinem legis ad mysterium sensumque spiritualem. Deinde Lira. Habemus Altare, id est Crucem, in quam Christum oblatum est, cujus oblationis virtutem, nunquid negaverit Jesuita, adhuc manere & valere? Apertiùs Aquinas in locum. Istud altare, vel est crux Christi, in qua Christus pro nobis immolatus est, vel ipse Christus, in quo, & per quem, preces nostras Deo offerimus. Quin & agnoscit hic à Lapide, Metonymiam

nymiam

nymiam continentis pro contento ; Altaris pro Sacrificio : Ergo , ut altare admittit Tropum , sic & sacrificium ; ergo ut altare hîc non habemus propriè , sic nec sacrificium. Confirmat hoc phrasis, *edere de altari*, quæ proprio sensu Sacrificulos ad lapides comedendos adigeret. Oppositio autem hîc , inter Tabernaculum legale & Altare Evangelicum , ostendit, ista se diversimodè habere, non uniusmodi. Unde non concludas, quia hoc materiale est, illud esset ex eadem lapidina. Sed quid non arripit perversitas ad inveteratum & quæstuosum errorem palliandum ? Quod urgentius convellit ab Institutione Servatoris , & Apostolorum praxi

7. *Secundum nostrum argumentum. Quod institutionem Servatoris , & Apostolorum praxin in sacrosanctæ Cœnæ celebratione, pervertit, subvertit, & in prodigiosum Idolum convertit, non potest non esse blasphemum & perniciosum : sed tale est Papisticum missæ sacrificium. Christus enim in cœna non astat Altari, sed accumbit mensæ, nec seipsum sacrificat, sed panem & vinum sanctificat : non ut Patri offerat, sed ut discipulis distribueret. Idque, ut illi acciperent, ederent, & biberent ; non ut adorarent, circumgestarent, aut immolarent. Nec sacrificium tunc instituit propitiatorium, satisfactorium, meritorium, aut impetratorium, pro vivis & mortuis ; sed sacramentum commemorativum, repræsentativum, applicativum, & obsignativum, consummatissimi istius sacrificij postridie in cruce peragendi. Nec adjiciunt aliquid postea Apostoli (quicquid de Petri ac Jacobi missis supposititijs, alijsque traditionibus nugantur Tridenticollæ) quod non à Domino recepissent. Ego enim accepi à Domino (protestatio est Pauli notissima) quod & tradidi vobis. Quid autem accepit ? Non ritum sacrificandi, sed sacramentum. In quem finem ? Non ad Missificandum, sed ad mortem Domini commemorandum, & annuntiandum, usque quò venerit : non panem aut vinum transsubstantiatum, vice Christi sæpius sacrificandum, cùm semel venisset ; & hoc per se, in se, semel, & plenariè in altare Crucis præstitisset. Hoc argumentum cum acrius premunt Lutherus, Calvinus, & alij ; Respondet Bellarminus : Si Lutherus ab exemplo Christi probare cupit Missam non esse sacrificium ; certum aliquod testimonium adferat, ubi legamus Christum non se obtulisse in Cœna. Nam illa argumenta negativæ, non habetur expressè in Scriptura, ergo non est factum ; jam ipsis etiam pueris ridicula sunt. Contrà, pueriliter, ne dicam ridiculè, argutatur Cardinalis. Nec enim Lutherus, vel è nostris quispiam sic concludit : Non habetur hoc expressè in Scripturis, ergo non est factum. Expressè illud adjectum exprimit Cardinalis versutiam. Nostrî agunt sincerius, cautiùs, & nervosius. Non habetur hoc, nec expressè, vel ex certa consequentia, nec axiomaticè, nec dianoëticè in scripturis, ergo non recipiendum est ut dogma fidei, aut cultûs. Fundamenta nostra sunt : *Non facietis singuli quicquid rectum est in oculis suis*, Deut. 12. 8. *quod precipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quicquid, vel minuas*, Ibid. 32. ut reddit Vulgaris. *Frustrà me colum, docentes doctrinas que sunt præcepta hominum*, Matth. 15. 9. *Edificârunt excelsa Baalim, quæ ego nec præcepi, nec loquutus sum, nec ascenderant in cor meum*, Jerem. 19. 5. Nam licèt ex autoritate humana argumentum non valet negativè, ut, Aristoteles vel Magister hoc non dicit, ergo hoc non est tenendum. Ratio est, quia alicubi Magister non tenetur, & Bernardus non vidit omnia. In dogmatibus tamen fidei argumentum à Scripturis tam affirmatè, quàm negatè valere, pueri nôrunt, quia Scriptura continet omnia ad salutem necessaria, ut nostri facilè evincunt. Insolubilis igitur manet nodus ; Scriptura non continet Missam Papalem, ergo, præfertim ut dogma fidei, non est admittenda ; quia in talibus quod scriptura non notat, id negat. Tertull.*

I. Cor. II.  
25. 26.

Inst.  
De Missa.  
1. 1. 24.

Resp.

de Monogam: cap. 4. quinimo tantum abest ut à scriptura pendeat hoc sacrificium, ut scripturis prorsus advesetur, quod firmabit

8. *Tertium* nostrum argumentum, ab unico Christi sacerdotio, & unica oblatione. Si enim Christus sit *sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchizedech*, sine successore, suffraganeo, aut *vicario* qui sacerdotio *ad alios non transit* semel tantum seipsum obtulit, tum blasphemum & perniciosum est ab alijs sacerdotibus vicarijs reiterari hoc in Missa sacrificium: At constat antecedens ex scopo Apostoli ad Hebræos; *Christus propterea quod in aeternum manet, sacerdotium habet nunquam transiturum*, Hebr. 7. 24. *unicam oblationem consummavit in perpetuum eos qui sanctificantur*, Heb. 10. 14. *repetitum sacrificium arguit illud fuisse imperfectum*, Ibid. 9. 25. *ubi est remissio peccatorum, ibi non est amplius oblatio* (praesertim expiatoria) pro peccatis, Ibid. 10. 18. ergo sacrificium hoc Papale non potest non esse blasphemum & non ferendum. Responder hinc novo modo Gordonius Huntlejus, *Christum*

Infr.  
Cont. 9. c. 6.

Resp.

De Eucharistia Sacrificio.  
1. 2. c. 3.

Rom. 3. 15.

De Missa  
1. 1. c. 27.

etiam ipsum in Missa *invisibiliter* consecrare, & offerre seipsum, ut Sacerdos facit visibiliter. Ibiq; Christum in suo sacrificio se accommodare, *ad intentionem* Sacerdotis offerentis; ita quidem ut Christus certissimè seipsum semper offerat in hoc sacrificio, pro illis, pro quibus sacerdos intendit offerre: unde subjicit. Atque in hac recernitur magna sacerdotis potestas, & excellentia, quâ potest non tantum Sacrificium suum & totius Ecclesiae; sed etiam ipsius Christi cui voluerit applicare. Sacrificulus igitur hinc videtur, Dominus Fac Totum, Christus tantum Acoluthus. *Contra*, Non agam hinc cum Gordonio, ut antea Bellarminus cum Lutero. Cur certum aliquod non adfert ex scripturis testimonium quo stabiliat quod asserit? *Quæro* potius, quomodo ista concinunt cum Cardinalis Alani dictamine, quo statuit Christum peregisse *duo Sacrificia*, unum in cœna, aliud in cruce, & utrumque diversum esse, à Missæ Sacrificio? Et Jesuitam convenio de *Identitate* Sacrificij Crucis, & Missæ, quam omnes urgent Militici: vel enim offertur *actione eadem* numero, vel diversa; si eadem, factum & faciendum, prateritum tempus & praesens in idem conflaveris: Sin diversa, quomodo non diversum erit, diversa actione peractum? *Instas*, at hoc posterius in Missa, est prioris istius in Cruce sacrificij viva repræsentatio, & applicatio. *Regero*. At *repræsentare* rem gestam, & applicare, est agnoscere, nos non facere quod est factum, sed tantum *recolere* & *repetere*, ne excidat illud quod erat factum. Postremò applicatio hinc non potest esse oblatio, cum hæc applicatio facienda, illam oblationem præsupponit factam; Applicatur autem Christi oblatio, *per fidem in sanguine ipsius* ex parte nostra; Ex parte verò Dei; *externè* per communicationem verbi, & Sacramentorum; *internè*, per spiritus sancti vorticordiam operationem, non per histrionicam ejusdem sacrificij reiterationem. Non magis igitur hinc requiritur talis sacrificij in Cruce repræsentatio, quàm Incarnationis, Resurrectionis, aut Ascensionis consimilia Dramata, ad Articulos illos recolendos, & populo repræsentandos. Quod patet ulterius

9. *Quarò*, ex natura sacramenti hoc modo; Cœna Domini est *Sacramentum*, ergo non potest esse sacrificium. Sacramentum enim datur à Deo & à nobis accipitur. *Sacrificium* verò, à Deo accipitur, & à nobis datur. *Excipis* Bellarminus, Christi actionem, & opus tam fuisse sacrificium, quàm Sacramentum. *Respondeo*, Contrarium patet ex definitionibus utriusque discrepantibus, ab ipso Cardinale allatis. Asserit enim Sacramentum, *Sanctitatem & Justitiam significare*, & efficere in homine; dum sacrificij statuat essentiam, in *oblatione* Deo facta consistere. Unde terminus à quo in Sacramento est Deus, ad quem, Homo; in Sacrificio, vice versa terminus à quo

quo est Homo, ad quem Deus. Nec valet quod nugatur secundò de *promissione*, & *promissionis signaculo*, ac si in primo lateret Sacramentum, in secundo Sacrificium. Quia signaculi est obsignare promissionem ex parte promittentis, non offerri sed accipi ab illo, cui fit promissio. At non ita hebetes (inquit) sumus, aut rudes ut dicamus, Sacrificium, quòd Sacrificium esse Sacramentum, & contrà, vel dare idem quod accipere, petere idem quod promittere. Agnosco non deesse vobis ingenium, desideramus ingenuitatem. Quid itaque est quod dicitis? nempe Eucharistiam esse Sacramentum quatenus est *signum externum*, & visibile invisibilis gratiæ, & refectiois, quæ nobis confertur, dum Eucharistiam ritè sumimus: Eandem esse Testamentum, quatenus est *instrumentum publicum*, & authenticum divini voluntatis & promissionis: Eandem esse victimam, & Sacrificium, quatenus Deo offertur. Atque hæc sunt rationes formales Sacramenti, Testamenti, & Sacrificij, quas Crassus Lutherus (censente Cardinale) non distinxit. At facile reponat Lutheranus quivis, aut Calvinista, Bellarminum seipsum potius implicare, quàm rem explicare; modò enim Eucharistia erat Testamenti seu promissionis signaculum, Jam fit ipsum Testamentum. An Testamentum & ipsius sigillum non distinguantur, juxta Jesuiticas formalitates? At Symbola (inquit) Transsubstantiata, quatenus *distribuantur* recipientibus, sunt Sacramentum, quatenus Deo *offeruntur* sunt Sacrificium. Atqui hoc est τὸ κενόμεινον (ὁ Bone) non sumendum, sed probandum. Probamus autem nos Symbola in hunc finem à Deo fuisse instituta, ut distribuerentur à ministris, & sumerentur à communicantibus; non ut ipsi illa Deo, sed ut seipso (illis sumptis) cum omni laude, & gratiarum actione, in hostiam rationalem, sanctam, & vivam Deo offerrent. Et hæc est Missa verè Sacramentalis, quæ non ostentat tantùm, sed communicat nobis fructum Sacrificij istius expiatorij semel in cruce oblato. Quod ulterius pateat

10. Quinto, Argumento à natura Sacrificij expiatorij. Sacrificium expiatorium requirit sanguinis effusionem, *χωρὶς αἱμάτων χυσίας ἔ γίνεται ἄφεσις*, sine sanguinis effusione non fit remissio, Heb. 9. 12. & ista sunt ἐξ ἀνάγκης connexa, Christum offerre, & Christum pati; efficere remissionem peccatorum, & sanguinem effundere, ad Heb. 10. Excipiunt hoc fieri posse incruento modo, quia vi Transsubstantiationis, separatim conficitur, primò Corpus Christi ex pane cui sanguis inest per Concomitantiam; & tum deinceps in calice, vinum in sanguinem convertitur; atque hinc intelligatur, sanguinem à corpore non effundi, quia separatim à corpore conficitur in calice; unde per consequens, sacrificium prodit incruentum. Contrà, ut omittam Transsubstantiationis, & Concomitantiam portenta, de quibus adhuc nunquam inter suos convenit. Quæro tantùm, an sanguis qui per concomitantiam inesse creditur pani Transsubstantiato, sit idem cum sanguine postea è vino confecto, vel non? si non, quomodo non duplex statuitur Christi sanguis, ex duplici scaturigine? si idem sit, quomodo hoc est, & manet in corpore, in toto illo interstitio, inter consecrationem panis, & vini; cum illud non omnino sit, num idem potest esse factum, & non factum? prius seipso & posterior? Esse autem incruentum, est naturam Sacrificij cujusvis Animalis destruere. Quia non potest esse *θύσια* absque *θύεν*, occisione, nec *occisio* victimæ absque *sanguine*, ut definivit Apostolus. Ponere igitur incruentum Sacrificium, est Sacrificium non Sacrificium asserere, unde

11. Sexti argumenti loco sint *Parrum & Scholasticorum* suffragia. Qui etsi Eucharistiam aliquoties hostiam, & Sacrificium appellant, & sacerdotum, oblationum, & Altarium frequenter meminerint; non Sacrificium tamen volunt Hypostaticum,

In oblatione quam offert ipse offeratur,

Aug. de C. D. l. 10. c. 6.

Tunc ergo verè pro nobis hostia erit Deo, cum nosmet ipsos Hostiam fecerimus. Greg. Dia. l. 4. c. 59.

Heb. 9. 22.

Demonstr.  
Eva. l. I.  
c. 10.  
Cont. Iulianum.

De Missa.

4. sent. dist.  
12.

3. part. q. 83.  
art. 1.

secl. 6. c. 23.

aut propriè dictum, quo filius de novo, patri rursus offertur; sed vel *symbolicum* ratione commemorationis, repræsentationis, & applicationis, sacrificij istius semel in cruce peracti, vel *Eucharisticum* & gratiarum actionis, pro tam immenso beneficio; saltem respiciebant *Eleemosynas*, ex quibus confecta erant symbola, & collatum aliquid indigentibus. Hinc *incruentum* & *rationale* dicitur Sacrificium apud Eusebium, *exangue* ab Athanasio, *Novum* ab Epiphanio, *incorporeum* à Cyrillo Alexandrino, non propriè sed *Metaphoricè*, ad victimarum legalium similitudinem. Retinent siquidem (ut Apostoli & Evangelistæ in Novo Testamento sic &) Patres, veteris Testamenti vocabula, vel ut prophetis se conformarent, quibus est usitatissimum quod spiritualiter in Ecclesia Christi erat faciendum, per ritus Judaici Templi, & sacerdotij exprimere; vel ut ostenderent, Antiqua ista & jam antiquata, typos tantum fuisse & umbras, eorum quæ nos possidemus. Unde resolvenda sunt per adverbium *Velut* vel aliud hujusmodi, ut docet Petrus Picherellus. Et quis nescit, *sacrificare, offerre, immolare*, & similia apud patres, idem sonare per *Metaphoram*, ac actiones Ecclesiasticas ad cultum Dei pertinentes, celebrare, tractare, peragere? E Scholasticis in hac causa sic loquitur magister. Illud quod offertur & consecratur à sacerdote, vocari *sacrificium*, & oblationem, quia *memoria est, & repræsentatio veri sacrificij*, & sanctæ immolationis, factæ *in Ara crucis*. Addit, & *semel* Christus mortuus est *in cruce*; ibique immolatus in semetipso, *quotidie* autem immolatur *in sacramento*, quia *in sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel*. Eadem est Aquinatis doctrina. Christus dicitur immolari in hoc sacramento duplici ratione, 1. quia sicut dicit Augustinus, solent *Imagines earum rerum nominibus appellari, quarum Imagines sunt*. 2. Quia per hoc sacramentum *participes* efficimur *Dominicæ passionis*. Quid ad hæc Adversarij? Frigidè interponit Estius, revera nondum hoc pacto explicari, proprii nominis sacrificium: reponimus. Revera non aliter docent hi Scholasticorum Coryphæi quàm didicerunt è patribus. Sed ista tandem Doctrina à Tridentinis Anathemate percellitur.

12. *Ultimum* argumentum indigitat tantum quoddam *absurditates* è Missæ Mafsa protuberantes. 1. Enim obrudit hæc, sacrificium externum & visibile, & tamen hostia ipsa non videtur. 2. Sanguinem fundit, sed *incruentè*, hoc est, fundit non fundit, sanguinem non sanguinem. 3. Idem statuitur cum crucis sacrificio, nec tamen *eadem hostia*, actio, aut passio, ibidem conspiciatur. 4. in illa consecrantur symbola, nec *symbola* tamen inveniuntur consecrata. 5. destruitur res oblata, & tamen *non destruitur*. 6. Rogant patrem Missifici, ut acceptum habeat corpus filij, ut sacrificia Abelis, & Abrahami; & tamen Christum agnoscunt *Mediatorem*, pro quo ipsi sacerdotes mediant. 7. Sacerdotem faciunt, sui *creatoris creatorem*, & ipsi Salvatori affingunt triplicem Generationem, ab æterno sine matre, in terris sine patre, in Missa sine utroque. Alia ejusdem incudis portenta observantur apud Chraslovium, Sutlivium, & è nostris alios: quibus Ethnicis, Judæis, & Mahumeranis, deridenda & derestanda propinant sacrosanctæ cœnæ mytheria: Ergo si Altare quod habemus, sub Evangelio, sit non propriè, sed tropicè sic vocatum. Si in tota cœnæ institutione, nec vestigium nec vola occurrat, alicujus propriè dicti sacrificij. Nec Apostoli aliquid adjecerint, quod à Domino non acceperint. Si Christus ipse sit Ara, Victima, & Sacerdos, qui semel seipsum obtulit, nec successorem habet, nec suffraganeum, cum ipse maneat in æternum, & perstet pro nobis interpellare. Si ea sit Sacramenti natura, ut in sacrificium omnino non transeat; & natura rursus sit sacrificij expiatorij, ut peragi non possit, absque hostiæ sanguine, & semel peractum non sit iterandum;

Cum

Cùm patres de sacrificio Missæ (prout nunc defenditur) Papalis ne per febrim unquam somniârunt; & Scholastici præcipui ea tradant, quæ illud potius oppugnant quàm propugnant; & tot illam gravant Absurda, ut commentum videatur Diabolicum, ad opprobrium religionis, à Satana inventum: concludamus fidenter verbis Articuli nostræ Ecclesiæ, Art. 31. *Sacrificium Missæ Papalis est blasphemum figmentum, & perniosa impostura, ὅπερ ἔδει δεῖξαι*, quod erat ostendendum.

13. Restant Adversantium *objectiones* summariim dispungendæ: ad scripturas, Object. 1. patres, & rationes revocat Bellarminus, quem *ἡ πῶδας* sequimur. Ex scripturis primò urgetur Typus *Melchizedech* in hunc sensum. Antitypus debet respondere typo; At *Melchizedech* Typus Christi, *sacrificavit panem & vinum*, Genes. 14. Ergo Christus sacrificavit seipsum sub speciebus panis & vini, & per Consequens, tenentur Missifici ad eundem Typum sub Evangelio, Christum in Missa sacrificare. Resp. De Missa, l. 1. c. 6. Cont. 9. 6. 3. *Resp.* Mirum est quanti faciunt hoc argumentum adversarij. Bellarminus, caput prolixum, vix unicâ horâ perlegendum hîc insumit, Gordonius, per (50) sectiones idem persequitur. Quid à nobis his reponendum? Audiatur in locum Cajetanus, *Nihil hîc scribi de sacrificio, sed oblatione, seu de prolatione, seu extractione.* Nam Josephus dicit hoc factum, *ad reficiendum victores*: Accedit in defensione Tridentinæ fidei Andradius; Ego cum illis sentiam, qui lassos Abrahamæ milites, & diuturnâ pugnâ fractos, *Melchizedechum pane vinoque refecisse* ajunt: Succedat Vatablus. Duo dicit, quæ necessariò distingui debent. Ipsum *Melchizedech* fuisse regem & sacerdotem. Quòd esset *rex*, Abraham & ejus Comites accepit hospitio, atque *aluit pane & vino*: Quòd autem *sacerdos*, *benedixit* jure sacerdotij, & decimas ab eo recepit. Neque enim (addit) exponendum est (ut vulgo) ipsum protulisse panem & vinum, *ut offerret Deo*, in gratiarum actionem, quòd sacerdos esset. Unde ipse ita reddit locum: Porro *Melchizedech Rex Salem*, *protulit panem & vinum*, & ipse cùm esset sacerdos Deo altissimo, *benedixit ei*. Respondet Index Sandovel Expurgatorius in Textu, pro *quum esset* substitue *Erat*, & initio sequentis versus, cùm dicitur *benedixit ei*, addita conjunctione (Et) scribe, & *benedixit ei*. Ibidem expunge notam Marginalem, *Melchizedech cibatur, &c.* Eodem capite numero 18. dele totam Annotationem, quæ incipit, *protulit panem, &c.* Annon hoc est masculè respondere? Sed Vatablum clamant depravatum ab Hæreticis Genevensibus; At quis hoc probaverit? & quid interim responderetur Cajetano, & Andradiò? Bellarminus ex Hebraicis Minutijs *רוצ'ה* & *ד'פ'ה* regerit subsidia, nempe quia *Hofsi*, alicubi denotat *productionem sacrificij*, & alicubi inveniatur *causalis*, Ergo hîc sunt ita gratis accipienda. Subtiliùs Maldonatus & Gordonius ipsius symmistæ, *כהן* inquirunt non est *Toar*, hic, sed *Benoni*, adeoque per *participium* non nomen sic est reddendum: *Melchizedech adduxit panem & vinum, & ipse sacrificans* Deo altissimo, seu & ipse eo tempore sacrificabat Deo altissimo, nam non habetur & ipse erat sacerdos. *Hael Gnelion* in genitivo, sed *Leel Gnelion* in dativo, hoc est non tantum sacerdos Dei, sed Deo tunc temporis sacrificans: ad hunc sensum illi. Atqui hîc etiam è suis, Petrum Picherellum, habent Adversarium. Urcunque enim, inquit *Cohen* participialiter nonnunquam sumatur, hîc tamen *nominafcit*. Sacrificans enim est apud Hebræos *Zobeach*, apud quos etiam nil frequentius est, quàm genitivum per *Le* exprimere, ut in Psalmorum Titulis, *Mismor le David, sigaton le David*, & passim alibi. Etiam apud Latinos, sacerdos Dei altissimi, vel ut reddunt Vatablus & Piscator) sacerdos Deo altissimo, vel forti, excelsò, idem sonant.

Quid quod 7<sup>a</sup> legunt in plurimis editionibus, Melchizedech Rex Salem ἐξέβει-  
 κεν αὐτῶ, hoc est, *protulit ipsi*, non Deo in sacrificium, sed *Abrahamo* in refectionem  
 panes & vinum. Sed αὐτῶ hoc expungitur in editione Sixtina, ne turbaret scenam: nec  
 moveat quod ex Rabbini Galatinus & Genebrardus huc adducunt ad probandum,  
 tam Transubstantiationem quàm Missam; quia Lyra Judæos reprehendit, referentes  
 panem & vinum ad Abrahamæ refectionem, & Rabbini ab alijs allati, panes potiùs facie-  
 rum sive propositionis, quàm panem Eucharisticum respiciunt. Postremò patrum ad  
 hunc locum allusiones, non ex hoc loco conclusiones magis promovent negotium.  
 Conferunt liquidem hæc Melchizedechi donaria cum cœnæ symbolis; non inferunt  
 inde carnale aliquod Missæ sacrificium, ut fusè ostendit ex testimonijs 19. Hospinianus  
 l. 5. c. 13. Nostri igitur argumentum tot modis vitiosum, sic retorqueant. Antitypus  
 debet respondere typo; at in pane & vino Melchizedech, adumbratur cœnæ Domi-  
 nicæ secundum ritum nostrum celebrandi modus: potiùs quàm missificantium sacri-  
 ficiū. Ergo nostri (si Theologia symbolica sit demùm argumentativa) plus favet tex-  
 tus, quàm Papicolis.

14. Secundò argumentantur ab agno Paschali, Exod. 12. qui fuit *typus* Christi,  
 pro nobis *immolati* 1. Cor. 5. & cæteris *sacrificijs legalibus* Exod. 24. Lev. 1. 2. quæ  
 Christi sacrificium in cœna adumbrabant, ut ergo illa verè & propriè fuerunt sacri-  
 ficia, sic & hoc: Responsio est brevissima, (ut mittam quomodo sacrificia ista cruenta in-  
 cruentum hoc exhiberent) Audiant suam Aquinatem, quantum ad Christum passum,  
 qui continetur in hoc sacramento, *omnia sacrificia veteris Testamenti fuerunt ejus signa*,  
 præcipuè sacrificium expiationis, quod erat solennissimum.

15. Tertiò pugnant ex *vaticinijs* 1. Sam. 2. 35. ubi mentio fit *sacerdotis fidelis*  
 (proculdubio Missifici) vice Eli excitandi Prov. 9. 2. ubi sapientia immolat *victimam, mi-*  
*scet vinum, & ponit mensam*, hoc est, Missam celebrat, Isajæ 19. 19. ubi *altare* in medio  
 terræ Ægypti, Jehovah est *erigendum*. Quid nī Missificum & lapideum cum inclusis re-  
 liquijs? Ut colant eum *hostijs & muneribus*, id est Christo oblato sub speciebus panis  
 & vini, Jerem. 33. 18. *non interibit vir à facie Domini, qui offerat holocaustata*, & in-  
 cendat sacrificium, & cædat victimas omnibus diebus, ecce sacrificium manifestò de-  
 signatum, Dan. 8. 11. & 12. 11. ubi prædicitur *juge sacrificium*, per Antichristum aufe-  
 rendum: quid hoc adumbrat præter missæ sacrificium? At insigne Testimonium (ut  
 loquitur Bellarminus) habetur Malac. 1. 11. Ab ortu solis usque ad occasum magnum  
 est nomen meum in gentibus, & in *omni loco sacrificatur & offertur nomini meo obla-*  
*tio munda*. Triumphat etiam hîc Gordonius. Certè si unquam vera fuit ista prophetia,  
 illa jam maximè veritatem habet, nam hac nostra ætate sacerdotes Romanæ Ecclesiæ,  
 ab ortu solis usque ad occasum offerunt Deo hanc *Mincham*, id est incruentam obla-  
 tionem &c. Hisce omnibus sufficit una responsio, sacrificia esse vel *corporalia* & prop-  
 riè dicta, vel *spiritualia* sive symbolica. Eaque rursus vel *activè* sumuntur vel *passivè*.  
 Primi generis sunt, cum *nosmetipsos* Deo consecramus, per cultum illum rationalem,  
 de quo Apostolus ad Rom. 12. vel ubi *nostra* omnia, scilicet *preces, laudes, Eleemosynas,*  
*obedientiam*, ad Dei honorem referimus & offerimus, ut docet Apostolus ad Hebræos  
 13. Passiva autem habeatur oblatio, cum per Evangelium alios *convertimus* (ut in Spiri-  
 tu sancto sanctificetur ad Rom. 15. 16. juxta illud Isajæ 66. 20. ubi veri Israelitæ ex  
 gentibus cunctis adducti (cedunt in Mincham) in vase mundo offerendi. Ita omnè *opus*  
*bonum* quod agitur, quo sancta societate Deo inhæreatur, sacrificium appellatur. Au-  
 gust.

Catholic.  
 verat. l. 10.  
 c. 5. 6 7.  
 Chronol.  
 stat.

Object. 2.  
 Bellar. V. 5.  
 c. 7. & 8.

Resp.  
 Part. 3. q. 73.  
 art. 6.

Object. 3.  
 Bell. V. 5.  
 l. 1. c. 11.

Resp.

ἡ ἐξέβει-  
 κεν τῶν  
 ἐξέβει-  
 κεν τῶν.

gust. de Civitate Dei lib. 10. c. 6. Quanquam ita hunc locum Malachiae ad sacrificia spiritalia non restringimus, quin ad panis & vini oblationem in cœna referatur, eo sensu quo fit à patribus : sed quid hoc ad Missam Papalem, nisi ut illam destruat hoc modo? Sit enim Mincha sacrificium ex pane confectum, sed panis exulat è Missa populi per transubstantiationis Metamorphosin ; ergo aut omittenda est transubstantiatio aut Mincha Missæ non quadrabit.

16. Quartò urgent ex novo Testamento illud Johan. 4. de adoratione patris in spiritu & veritate, non in monte Samariae vel Hierosolymis, sed ubi vobis, hoc est per Missæ Sacrificium. (2) Ex Cœnæ institutione juxta Evangelistas & Paulum, ubi verba, traditur, frangitur, effunditur in presenti, quid aliud inculcant, quàm Christum seipsum in cœna sacrificasse? Ideoque dicit de corpore, pro vobis datur, in sacrificium, nempe Deo ; non vobis datur tanquam Sacramentum (urgente Gordonio) & Apostolis præcepit, hoc facite, id est quemadmodum egi feci, me ex pane & vino confectum patri sacrificare. Atque ad hoc præscriptum sacrificasse Apostolos, probant ex Actuum 13. ubi inveniuntur λειτουργήτας, hoc est Missam celebrantes, nam verbum λειτουργεῖν absolute positum, ubique in scripturis accipitur pro sacrificij ministerio. Quod firmatur (4) ex collatione mensæ Domini cum mensa Gentilium: & comparatione Eucharistiæ, cum sacrificijs Gentilium, & societatis quam nos habemus cum Deo, cum societate quam habent Gentes cum Jdolis 1. Cor. 10. Respondeo, ista minùs premunt quàm præcedentia, ex generali enim adoratione in spiritu & veritate, particulare inferre sacrificium corporale, quis Logicus probaverit? Deinde verba institutionis patrem non respiciunt sed discipulos, quibus dicit Salvator, non offerre sed accipite, non ad immolandum sed ad comedendum, non sacrificium mei corporis, sed hoc, quod est corpus meum sacramentaliter : Quod datur sive frangitur pro vobis, in oblationem crastino die perficiendam ; juxta Enallagen temporum, præsentis pro futuro, Hebrais usitatissimam ; & datur vobis, quia vestrum est accipere, atque hoc etiam facite, non me sacrificando, quod fiet cras per me in cruce ; Sed accipite panem & vinum, frangite, effundite, edite, bibite, quæmadmodum ego institui ad mei non oralem manducationem sed commemorationem. Hæc Salvatoris institutio. Tertiò λειτουργεῖν Apostolorum & Missificare quis synonyma esse concesserit? Postremò comparatio inter mensam Domini, & Dæmoniorum, quid aliud ostendit, nisi illos deus, et si niti Dominis, qui diversis sacris intersunt?

17. Quintò, argumentantur ex Patribus, è quibus Heskinsius nostras cogit Parliamentum. Benedictus Vernierus 318. ad numerum Concilij primi Nicæni, Coccius & Bellarminus indefinitum numerum ; quibus una adaptatur responsio, inter patres primavos sacrificij, aut Missæ vocabulum rariùs occurrere. (2) Deinde ubi occurrit in successoribus, non eo sensu inveniri, quo urgent hodie Pontificij, sed vel pro Liturgica Cultûs forma, vel pro dimissione Catechumenorum, vel pro missione, aut oblatione Eleemosynarum. Quin & patribus æquè Baptismus est sacrificium ac Cœna, ut fusè ostendit R. Episc. Lichfieldiensis. (3) Postremò Patres ut reverentiam conciliarent Sacramento, à Christo instituto, nonnunquam loquuntur Hyperbolicè, semper ferè Symbolicè, aut Tropicè, juxta illud Augustini. Hujus sacrificij caro & sanguis, ante adventum Christi, per victimas similitudinum promittebatur ; in passione, per ipsam veritatem reddebatur ; post ascensum verò Christi, per Sacramentum memoria celebratur. Similia habet Chryostomus ad Hebræos Hom 16. Cum his autem ubi urgentur Liturgiæ, Romana Petri, Hierosolymitana Jacobi, Alexandrina Marci, Æthiopica,

Objcct. 4.

Resp.

Objcct. 5.

Resp.

De Missa  
1.6. c. 5. &  
1.8. c. 2.

pica Matthæi, Mediolanensis Ambrosii, Cappadociana & Syriaca Basilij, Constantino-  
politana Chrysofomi, quis tandem fraudem non subolfecerit, vel has esse prorsus  
supposititias, vel miserè interpolatas, vel Sacrificium Missæ Papalis evertere potiùs,  
quàm stabilire?

Object. 6.  
Resp.

18. Sextò adjiciuntur *rationes*. Nulla unquam fuit Religio sine *sacrificio* ali-  
quo externo. Quid? ergo in statu innocentia nulla fuit religio? At post lapsum  
fuerunt semper sacrificia propriè dicta; verum est, sed Typica illius sacrificij Evange-  
lici, semel in cruce peragendi; cujus annuntiationem & commemorationem, nos in  
Cœnæ celebramus Sacramento. (3) At Sacramentum sibi ipsi nemo porrigit, ut fit  
à sacerdotibus in cœna. Quis ergo circumcidit Abrahamum, aut mannam aut a-  
quam Petræ sibi ipsi ut Israëlitis, præbuit? Pastor (ni fallor) personam sustinet & sa-  
cerdotis, & Christiani; cur non ergo ut Sacerdos, sacramentum sibi ipsi porrigat, ut  
Christiano, & alijs? (4) At nisi Missa sit propriè dictum sacrificium, erravit per tot  
annos Ecclesia. Quænam? Romana? concedimus. Catholica Christi? pernegamus.  
Is verò qui non noverit, inter pompaticam Romanam Factionem, & Ecclesiam uni-  
versalem distinguere, orbem terrarum intra unius urbis pomeria eadem operâ inclu-  
dat. Atque ita contraximus pro modulo ad Horologij dictamen diffusissimam hanc  
Sacrificij Missalis controversiam. Tu verò Domine, usque quò? Convertas (quæ-  
sumus) aut confundas seductores, & aperi seductorum oculos, ut videant per filium  
tuum, quomodo filij tui institutum, horribili blasphemia mentiuntur, & nego-  
tiantur: *Cui tecum, cum Spiritu sancto sit omnis honor, laus & gloria, in secula seculorum*  
*A M E N.*

## LECTIO XVII.

DE

## SANCTA TRINITATE.

In Vesperijs Comitiorum habita Oxon. Julij XI.

Anno Domini 1632.

1. Joh. 5. 7.

*Quoniam tres sunt, qui Testimonium dant in Cælo, Pater,  
Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt.*

**V**erba asserunt *Trinitatem in unitate, & unitatem rursus in Trinitate* (ut loqui-  
tur Athanasius in Symbolo à nobis recepto) quod oppugnârunt quovis  
ferè sequiori seculo tam Tritheitæ quàm Antitrinitarij. Ac Tritheitas istos  
cum Antesignanis suis vetustioribus, & Valentino Gentili recentiori vete-  
ratore ad Gentilismum jure relegamus. Quid enim aut in scriptura frequentius, aut  
naturâ certius, quàm unum tantum esse summum Deum? Hoc asserunt etiam & ij, qui  
Trini.